



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

VI. De Loco & Tempore, quibus persolvendæ sunt Horæ Canonicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

65. Quod si quis per errorem, vel oblivionem, omisit hodie recitare de Festo novem Lectionum Sancti occurrentis, illud vel eo anno penitus ipsi erit omittendum, ut probabilius censet Gorbat loc. cit. n. 638. vel poterit primâ die non impeditâ recitari, ut alij existimant.

QUÆSTIO VI.

De Loco & Tempore, quibus persolvenda sunt
Horæ Canonicae.

66. Explicatis prioribus quinque conditionibus, ad studio-
Ratiō ordi-
nam & devotam recitationem Officij Divini requisitis, nisi
Enimpe Attentione, Integritate, Continuatione, Ordine
& Qualitate, pergendum ad alias duas, nimirum ad Locum &
Tempus, quo illud recitari possit, ac debeat. Hinc sit

67. CONCL. I. Quantum attinet ad Locum, illi qui ad Chorō-
sum deputati non sunt, possunt ubique Officium Divinum reci-
tare, dummodò non recitent in loco indecenti, aut ubi attentio possit reci-
impediri possit. Ita communis; & ratio est clara: quia nul-
lum Jus reperitur, quo quis Choro non obligatus, teneatur Divi-
num Officium in certo loco recitare. Unde satisfacit præcepto,
sive Officium recitetur itando, sive sedendo, sive ambulando,
sive domi, sive in vinea, &c. Dummodò recitetur studiosè pari-
ter ac devotè (modo hactenùs explicato) simûlque non in loco
indecenti; hoc enim esset contra debitam reverentiam.

68. CONCL. II. Canonici tenentur recitare Divinum Offi-
cium in sua Ecclesia, juxta institutionem Beneficij; nisi alio co-
tententur re-
gat necessitas, aut permittat longæva consuetudo, vel Fundato-
ris institutio. Ita communis. Ratio est: quia Canonici tenen-
tur satisfacere intentioni Fundatorum; simûlque in Clem. i. de Ce-
leb. Missar. injungitur Canonicis onus canendi Horas Canonicas
in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis. Accedit, quod Bene-
ficium detur propter officium, atque ut inserviatur Ecclesiæ, c. ult. de
Rescript. in. 6.

69. Additur notanter, nisi alio cogat necessitas, aut permittat con-
suetudo &c. Nam in primis necessitas non habet legem: unde
cap. 4. de Reg. juris dicitur: *Quod non est licetum in lege, necessitas facit
licetum: ut si quis sit infirmus, aut justâ de causâ absens. In-*

Uu 3

Nisi ad sit
necessitas,
consuetudo
vel institu-
tio specialis,
super

super consuetudo cujuslibet Ecclesiæ, atque Fundatoris institutio, circa hoc benè sunt attendendæ, ac juxta eas major vel minor obligatio Canonicorum assistendi Choro colligenda. Quomodo autem Religiosi sint Choro astricti, dictum est supra num. 21.

Quo tempore recitanda Horæ in - & extra Chorum?

70. CONCL. III. Loquendo tandem de Tempore, in publico Officio Chori servanda est consuetudo recepta cujuslibet Ecclesiæ: in privata vero recitatione Horarum Canonicarum, eti laudabilissimum sit singulas Horas suis temporibus orare, nihilominus ad vitandum peccatum mortale sufficit, ut recitentur eo intervallo, quod est inter medium noctis præcedentis & sequentis. Ita omnes Doctores. Unde qui intra hoc tempus recitat, satisfacit substantia præcepti, nec peccat mortaliter, etiamsi omnes Horas absolvat manè post medium noctem, aut primum Vesperi ante aliam medium noctem: quamvis sit peccatum veniale, si id fiat absque causa rationabili, aut alias Horæ ultra debitum tempus sine causa differantur.

Matutinum & Laudes possunt pridiè ad vesperam, nempe post tempus Vesperarum & Completorij circa horam quartam pomeridianam. Ita communis:

Sed circa horam variante Docto- ses.

71. CONCL. IV. Nihilominus ex recepta Ecclesiæ consuetudine licitum est recitare Matutinum, & Laudes sequentis diei, pridiè ad vesperam, nempe post tempus Vesperarum & Completorij circa horam quartam pomeridianam. Ita communis: nam consuetudo derogat rigori Juris positivi, e. ult. de Consuet. estque optima legum interpres. Imò Gobat tract. 5. Theologie Exper. n. 679. allegat plures Doctores, qui docent, quòd is non peccet mortaliter, qui incipit statim horâ secundâ post meridiem. Et licet citatus Author id solùm admittat iustâ causâ urgente, ut si v. g. forent excipiendæ Confessiones ab hora tertia usque ad coenam; alij vero, ac præsertim Escobar tract. 5. Exam. 6. n. 60. talem damnum peccati mortalis: idem tamen Escobar culpæ venialis duntaxat reum censet inchoantem citra justam causam mediâ tertiat; nullius, qui tertiat.

Horæ Mi- nores ac Ve- speræ quo tempore re- citanda?

72. Cæterum Horæ Minores non possunt dici pridiè, sed solum post medianam noctem diei occurrentis: possunt tamen omnes usque ad Vespertas exclusivè, ob causam honestam vel utiliem, v. g. ob maiorem devotionem, majorem commoditatem studendi, ob iter inchoandum, vel alias hujusmodi causas, recitari manè. Ut autem Vespere possint manè dici extra tempus Quadragesimæ, requiritur paulò major causa, ut tenet cit. Gobat n. 682. assertens eum peccaturum venialiter, qui ante meridiem recitat Vesperas, & completorium, absque rationabili causa.

73. Por-

73. Porro Rubrica illa Breviarij, quæ in Quadragesima vult Vesperas dici ante prandium, solum Chorum obligat; uti speris in notat Tobias Lohner *Instruct.* 2. part. 4. §. 10. quæst. 3. post Gobat loc. *Quadragesimæ n. 688.* dicentem, fas quidem esse in Quadragesima, Vesperas ma? dicere ante prandium privatè, at non esse necesse.

74. Quæres, an præceptum recitandi adimpleatis, qui incipit hodiernum Officium recitare paulò ante medianam noctem dies sequentis, utputà mediâ duodecimâ, si id ipsum absque interruptione prosequatur post medianam noctem? Affirmat Leander *Quæst. Moral. part. 1.* & in ord. 6. tract. 8. disp. 4. quæst. 109. Ratio esse potest: quia præceptum celebrandi Missam inter auroram & mediam noctem sequentis? ridiem, servatur incipiendo Missam paulò ante meridiem, et si pars ejus absolvatur primum post meridiem, uti tenent Doctores passim; ergo à pari idem dicendum in proposito. Cæterum Gobat loc. cit. n. 686. hanc Leandri sententiam ex professo rejicit, ut pote repugnantem communi judicio & praxi omnium Superiorum, Confessariorum, & aliorum Doctorum. Illud certum est, Nequit unius quod quis noctu recitans totum Officium, non possit pro duobus diebus satisfacere: nam Alexander VII. sequentem propositiōnem, ordine 35. jure damnavit: *Unico officio potest quis satisfacere dupli præcepto, pro die presenti, & crastino.* Hinc tenendum oppositum.

75. Quæres ulterius, an sit peccatum mortale, celebrare Missam ante recitatum Matutinum? Resp. negativè, cum Lessio lib. 2. de just. & jure, c. 37. num. 81. quidquid præ & contraria disputent Doctores apud Barbosam part. 2. de off. & pot. Episc. alleg. 24. n. 15. ubi viginti Authores citat, dicentes, esse peccatum mortale, sine rationabili causa celebrare Missam nondum dicto Matutino; & triginta octo alios, qui negant, id esse peccatum mortale. Ratio horum est: quia nihil in iure de hoc præceptum reperitur, neque consuetudo contraria sub tam gravi obligatione est recepta. Nec obstante Rubricæ Missalis, Tit. *De preparat.* Sacerd. celebraturi, ubi dicunt Missam esse celebrandam saltem Matutino cum laudibus absolute. Nam cùm nullum verbum præcepti contineant, tam gravem obligationem non censentur inducere. Imò Gobat loc. cit. n. 687. et si velit non esse absque causa rationabili practicandam mitiorem sententiam, eo quod recitatio Matutini sit optima præparatio ad Sacrum, ne venialem quidem culpam per se loquendo hic intervenire censeret.

QUÆ.